



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Recogniti||one Des. Eras-||mi Roterodami.||

Erasmus, Desiderius

Basileae, 1518

VD16 E 3644

Ioannis Baptistae Egnatii Veneti Romanorvm Principvm Liber Secvndvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14277

patefactā Gotthis portā existiment, cū plebē Romanā passim fame, & morbis pecudū more cadentē miseraret. Duo sunt cognitu nō indigna. Vnū, edictū ab Alarico fuisse: ut quicūq; in tēpla diuorū cōfugerēt, præcipue Petri & Pauli, his nulla uis inferret, qd' & summa fide seruatur. Alterū, qd' cū nunciatū Honorio esset Rauennæ Romā perditam, credidit ille de pugnaci Gallo, cui nomen erat Romæ, significatū esse: admiratumq; uehementer tam subito periisse eum, qui cum pauloante festiuissime luserat. Adeo socordis ingenij princeps, nec quicq; omnino paternæ, auitæq; uirtutis referēs, qd' & Arcadio fratri uitio datum est. Nam Eudoxiæ uxori addictus, cū alia improbe fecit, tum Chrysostomū antistitem sanctitatis & eruditionis egregiæ, uxori plus æquo in seruiēs, in exiliū egit.

IOANNIS BAPTISTAE

EGNATII VENETI ROMANORVM

PRINCIPVM LIBER SECVNDVS.



SEQVITVR abhinc ætas, in qua mihi orbis totius clades, regnorū tristes exitus, imperia funditus excisa, mutationes rerum frequentissimæ referendæ sunt: ut intelligat mortalitas nihil esse inconstantius ijs, quæ tantopere ut æterna miramur. Adeo em̄ uitæ, fortunæq; ista bona, in quibus opinione uulgi sita summa felicitas est, fragilia, caducâq; sunt, ut nihil his esse possit cladibus, ruinisq; magis obnoxium: qd' cum uetera illa Asiæ imperia, tum uero nominis Romani maiestas facile declarat, quæ felicibus auspicijs orta, latissimis rerum successibus aucta, uiris clarissimis instructa: quorū uirtute, ac consilijs, ad amplissimum fastigium sit euecta, legibus, institutis, Deū pietate illustrata: cōciderit tamē, & funditus euersa sit: ut quæadmodū illa de toto terrarū orbe triumphos retulerat, sic nulla ferè hodie in terris gens agat, aut antea fuerit tam immanis, tam barbara, quæ non aut auitas iniurias, aut suas illi rependerit. Huc accessit, quod eorū deinde, qui sequentur, principum, partim ignauia, partim auaritia, res adeo nostræ pessum iere, ut ad rem Romanam sistendam, alienæ, atq; externæ uirtutis eguerimus: adeo mascula illa Romuli proles, & Italica uirtus simul cum imperij lapsu consenuerat. nec Romani postea pontifices ambitione plus q̄ immodica, pronam iam per se in casum rem Italicam nō funditus afflixere: dum studijs suis nunc Francos, nunc Germanos, atq; alios quosuis potius q̄ Italicos principes patiuntur. Illi uero quantum Romanæ, atq; Italicæ maiestati semper detulerint, uel illud argumento esse potuit, cum se Cæsares, aut Augustos pro Henricis, & Federicis dici malint: cumq; se nunc Reges, nunc Romanorum Imperatores appellari gaudeant. Cæterū nec querelæ locus hic est, & ipsa nostra hæc commentatio etiam nuda satis allatura doloris, ac molestiæ legentibus est. Quare Theodosium ipsum iuniorem aggrediamur.

Theodosius

THEODOSIVS IVNIOR.

QVinquaginta quot uixit annos, totidem imperio etiã præfuit. Nam puerum admodũ moriens Arcadius eum reliquerat sub tutela Isdigerdis Persarum regis: quod & bene cessit. Barbarus em̄ rex & tutelam summa fide gessit, & pacẽ cum Romanis quoad uixit, habuit. Is uero Honorio defuncto, Valentinianum ex Constantio & Placidia natum, data Eudocia filia in uxore, Romã peropportune misit: cum turbata res essent tyrannorum libidine, qui rem Romanam inuaserant. sub hoc tertia synodus cõtra Nestoriũ celebrata, Pulcheriã sororis prudentia: nempe quoad illa est usus imperator, bene res gesta. hic uxorem Eudociam Leonis Atheniensis philosophi uxore duxit: quã præter egregiam formã, singularẽq; pudicitiam, etiam literis excelluit, absoluto eo libro, cui titulum Græci *δμνησόνετρα* faciunt. Hoc principe Venetiã felicissimis auspicijs medijs in aquis habitari cœpere, cum Honorius adhuc uiueret.

VALENTINIANVS TERTIVS.

ASseri fortasse in pristinũ statum sub hoc principe res Romana potuit, si eius inceptis aut fortuna fauisset, aut imprudentia postea sua rem nõ affixisset. Nam recepta sub aduentũ suum Italia, cum Genserico statim Vandalorum rege pacem sanxit, parte Africa, ut uideri uoluit, cõtento: & aduersus Attilam Etrij ductu, rem feliciter gessit. Inde Maximi arte uiri per ea tempora potentissimi, Etrium interim iussit. Vnde in ultionem ipse postea Romã ab eius commilitonibus confossus periit. Hoc principe occidentis imperium, Francis Gallias, Anglis & Scotis Britannia occupantibus, Vandalis Africam, & ipsam urbem populantibus, Hunnis Europam uexantibus, & Italiam, collapsum funditus est. Periit imperij & ætatis anno xxx.

De Etio pauca dicenda hic sunt. Hic & Dorostana Moesiã cum disciplina militari excelleret, Constantio defuncto, ab Honorio principe illi sufficit: cuius ductu Attila in campis Catalaunicis uictus est, & Burgundiones repressi. Hunc postea Valentinianus cum interfecisset, interrogareq; ciuem quempiam Romanum, an iure occisum crederet: iure, an iniuria occideris imperator. Etium nescio: illud scio quod sinistra tua dextram tibi abscideris. nec falsus omnino uates. Nam eius morte Hunni rerum potiti, & imperium euersum est.

BREVIS ENVMERATIO EORVM, QVI POST VALENTINIANVM ROMAE RERVM POTITI SVNT.

Post Valentinianũ Romã Auitus senatorij uir ordinis præfuit, Auito inde Maiorianus quadriennio. Hunc Seuerianus, Seuerianũ Anthemius, Anthemiuẽ Liberiũ subsecutus: cui Glycerius, & Glycerio nepos statim successit: q; p uim pulso, Augustulus male ominati nominis rerũ potit: sub q; Romani maiestas imperij cõuulsa per Odoacrẽ Herulum serò admodũ ad Francos redijt.

FL. VALERIVS MARTIANVS.

NVnc imperatores Constantinopolitanos, quãdo illi tantũ per illa tẽpora uiguerẽ, ad Cõstantinũ usq; Palæologũ cõtinaua serie perstringem, initio à Martiano sumpto: qui licet humili loco natus, militiã tamẽ darus, Pulcheriã Theodosij

Theodosij sororis studio rebus præficitur moderatus princeps, & rebus gerendis idoneus, si per senectam diutius uiuere potuisset: nam pacem, quoad eius fieri potuit, coluit: illud sæpe usurpans, dum in pace esse possumus, arma nõ induamus. Is Tatianũ, Iuliumq; fratres, qui olim aquilæ superuolantis eius caput auspiciũ retexerant, uaticõq; ducentorũ aureorũ inopem, & ægotantẽ adiuuerant: statim ut princeps est dictus, alterũ Illyrico, alterũ Constantinopoli præfecit. Hoc principe Chalcedonenſis quarta synodus celebrata aduersus Dioscorum, & Eutychem Leonis Pontificis Romani iussu, Imperauit annos sex.

LEO.

Primus hic græcanici uir sanguinis imperiũ tenuit, Asparis patricij factione adiutus. Cuius etiam filium Cæsarem cum inuitus creasset, postea cum Ardaburio fratre, ut insidiarum in se autores interfecit: Leonemq; ex Ariadna filia, & Zenone filium successorẽ sibi esse uoluit. Is aduersus Genfericum Vandilorum regem Basiliscum ducem misit: qui, si Zonaram sequare, uictus nauali prælio à Vandilis aufugit, siue illud ignauia, siue proditio fuerit. Byzantium huius imperio magna ex parte conflagrauit, præterquàm quod Italia in perpetuo motu fuit. Imperauit autem annos xvii.

LEO IVNIOR.

Hic puer ab auo relictus, cum annum præfuisset, Zenoni patri manibus suis diadema imposuit, patremq; pro se deinceps imperare iussit.

ZENO ISAVRICVS.

Qvam uarie rebus Romanis illuserit fortunæ uis, hic Zeno facile cum plerisq; qui explicandi mihi principes erunt, probet. Vir obscurissimi sanguinis, & cum facie deformis, tum morib; planè tyrannicis, ut Isaurũ agnoscas. Hic Theodericũ Ostrogothorũ regẽ cũ unice diligeret, in Italiam aduersus Odoacrem misit Consulem prius à se factũ. Pulsus uero à Basilisco factione uxoris, cũ in Isauriã cõcessisset, nõ multo post reuersus, & Basiliscũ expulit, quẽ & inedia mori cõegit, & annos xiii Tyrannũ uerius q; principẽ egit. Sunt qui uiuũ adhuc inclusum ab uxore sepulchro tradant, frustra q; resipiscentẽ, & opẽ quiritan tem obijſſe. Hoc principe incendium adeo graue fuit, ut præter maximã urbis partem cõflagratã, centum & uiginti librorũ millia combusta sint: inter quæ & Homeri pœma intestino draconis cxx pedum aureis literis descriptum.

FL. VALERIVS ANASTASIVS DICOROS.

Dicorum hunc cognomẽto Græci appellarunt, à discoloribus uidelicet oculorum pupillis, quarum dextra nigricans, sinistra cœrulea fuerit: inter bonos principes utiq; mihi referẽdus, tametsi ab humili loco ad imperiũ euectus Ariadnæ Zenonis uxoris opera, nisi postea mutatus, Eutychianæ hæresi adhæsisset. Vnde illi aduersus orthodoxos graue dissidium conflatũ. Bulgarorũ arma tunc primum audita, & Saraceni Alamundaro duce Syriæ graues incumberant. Hic Tyrannorũ aliquot seditione fatigatus, post octuagesimũ & octauũ uitæ annum, imperij uigesimumseptimum, fulmine afflatus periit, ulciscente grauitè numine pietatem toties ab impuro principe uiolatam.

Iustinus

IVSTINVS.

Quis credat Thracē hominē armētariū, & sues agentē, sine tribu, ignotis, obscurisq; parentibus ortum, & rebus præfuisse, & rem tum feliciter, tum optime administrasse: Rexit tamē ille summa cum laude, & pietatis studiosissimam uerā. Ioannē Romanū Pōtificē ad se legatū uenientē, à Theodorico Gotthorū rege p Arrianis, q̄s expulerat Iustinus, restituendis uenerabundus excepit: & principatū dolo partum (quippe qui acceptā ab Amantio eunucho pecuniam, ut militi p Theocritiano præficiēdo distribueret, in se suffragia uerterit) magna uirtute postea administrauit: nono imperij anno Iustinianū ex sorore nepotē, cū adhuc uiueret, sibi successorē instituēs: q̄ facto, nō multo post obiit.

IVSTINIANVS.

NEpos Iustino ex sorore, cū annū quartū & quadragēsimū ageret, imperare coepit: qd̄ per annos undequadraginta administrans ueterē Romani imperij gloriā mirū in modum ampliāuit. Primū em̄ Persas Bellisarij opera intra suos fines cōtinuit: inde eodē duce Romā à Gotthorū seruitute asseruit: Africam imperio pulsīs Vandilīs restituit: Narsete duce Gotthicū tandē nomē deleuit. Bis triumphatū ex instituto ueterū Romanorū, De Persis, & Vandilīs à Bellisario, leges infinitis uoluminibus antea dispersas in L. digestorum libros contraxit. Institutionū libros quatuor ædidit. Codicem inuulgauit. Maximus certe princeps, nisi auaritiæ, & delirij Eutychiani reus fuisset. Serici usus è Persis ad Græcos hoc tempore transijt iam pridem desitus.

IVSTINVS IUNIOR.

Hic æmulus Iustini, & ut filius à Iustiniano in regia semper habitus, facili admodū ingenio, atq; ad promerēdam ex liberalitate hominū gratiā nato fuit. Cum Persis pacē fecit, tributo, qd̄ Romani annuū his expēderēt, sublato. Langobardi Germanica gens à Narsete indignato cōtra Sophiā in Italiā hoc principe irrupere: quā ab Alboino rege ad Desyderiū per CC & IIII annos in principatus diuisum tenuere. Obijt graui pedum dolore anno XI imperij.

TIBERIVS.

Tiberius adoptatus à Iustino, rem per septennium foris satis feliciter gessit: domi summa cum pietatis & liberalitatis opinione. quod si quēadmodū Persas grauibus afflixit prælijs, sic aduersus Langobardos felix fuisset, nihil illo principe fortunatius. Obijt Mauricio genero successore declarato.

MAVRITIVS.

Cappadocem hominem uirtus, & rei militaris scientia, partāq; eius ductu de Persis insignis uictoria, imperio facile imposuit: quod sub initia Persis uictis, Scythīs afflictis, Langobardis repressis, & Hunnis è patrio solo in solitudines pulsīs, feliciter administrauit. Mox auaritiā studens, cum frustra Phocas insidias, somnio etiam admonitus præcauisset, dum miles stipendio fraudatus seditiosius agit, ab eodem Phoca imperio & uita priuatur: cum imperasset annis XX. uixisset tres & sexaginta: eius etiam omnis profapia sublata est. Turcaicum nomen tunc primum Asiæ auditum.

Phocas.

PHOCAS.

A Deo præcipites in malum homines agimur, ut Phocas nec Mauritij auaritia admonitus, adepto imperio per Mauritij cædem ab hoc uitio temperarit. Quin longe studiosius colligendæ undiq; pecuniæ incubuit, & omnia ex Persicæ seruitutis instituto egit. Vnũ in hoc homine laudes, q; Romanũ p̄tifficem principẽ omnium iure declararit. Cætera adeo socors & ignauus, & frequetibus adulterijs infamis: ut cum Romanũ imperiũ undiq; Barbari uastaret, staretq; solum eius nominis umbra, cõspiratũ sit in illum ab Heradeona, & Heradio, & Prisco: qui captum inertissimũ hominẽ prius interfecere, q̄ ferre suppetias eius milites potuerint, omni stirpe principis impurissimi sublata.

HERACLIVS.

L Abenti iam pridẽ imperio, & prægrauantib; Persarũ armis, Syria cũ ipsis Hierosolymis expugnata, Heraclius accepto diademate à Sergio pontifice primũ omnium Persicũ bellũ parat. ad quos legatis antea missis p̄ inducijs impetrandis contemptim ab his habitus, adeo excaudit, ut differre amplius rem nõ potuerit. Responderunt em̄ impij hostes, non prius se Romanis pacẽ daturus, q̄ CHRISTVM abnegasset imperator. Quare ingentibus copijs in Chosroem ductis, uictis eius saepe ducibus, & cum omnibus copijs caesis: mox profli-gato Chosroẽ, Persidẽq; omni in ultionẽ nostrã igni, ferrõq; uastata, lignũ salutarẽ Crucis recepit. Celebris adhuc est Christianis dies festus argumentum uictoriæ insignis, pacis uidelicet partæ, & Tigridis fluij inter utrunq; imperiũ termini. Triumphatũq; egregie Cruce prælata. Imperauit Heraclius annos XXXI. nouo morbi genere perijt, uirili mēbro semper ita distento: ut quoties meieret, lotium uultũ aspergeret, nisi obiecta tabula id prohibuisset. Creditum est, hæreseos Monothelitarũ, in quam inciderat, & nequitia suppetium luisse. Hoc tempore Saraceni Maomethẽ duce caput extulere. Quare breuiter de eius ortu, & successu interim quædam perstringamus.

MAOMETHIS ORTVS.

EX Arabia cõstanti ueterũ scriptorũ fide hoc malum orbi prodijt. Inde em̄ humili loco natus, dum locandis, cõducẽdĩsq; camelis uictum quærit adulescens ingenij uafri, uiduæ dominæ nuptijs & opib; mox auctus, Sergiũ monachum nostratẽ familiarẽ habuit, cuius adiutus opera, cum Christianos & Iudæos accusaret: hos ut impios, qui summũ prophetã excruciasent: nos ut simpliciores, qui de CHRISTO ridicula prodam; paulatim latronũ manũ coegit: & diuinitate quadã inde sibi astructa, facileq; leuissimo hominũ generi persuasa, cõsiliũ armis addidit. Inde rerũ successu prosperiore elatus, Syriam uastat, & Damascũ regionis caput expugnat. Tum uero in Persas arma cõuersa: quibus cõgressus, & primo uictus, reparandis copijs intentus, Scenitas sibi Arabas adiungit, gentẽ per ea tẽpora Romanæ militiæ assuetã: & quæ ob negata ab Heraclio stipẽdia, rebelles animos induerat. Sicq; paulatim firmato imperio, & diuinitatis cuiusdã opinione persuasa, quã armis tuendam cõtra aduersantes præceperit, quadragesimo uitæ anno, ueneno (ut aiunt) à domesticis dato perijt. In quo

Contemptim

De Iuniorum Janes
Ernt

De ortu Maomethis

quo homine nescio magisne ingenij calliditatē admirer, an gentis eius stultitiā: an potius Christianorū principum socordiā: qui nec nascentē comprimere flammam (factu tunc facile) uoluere, nec magnis postea rerū successibus auctam potuerunt. Vnde labes illa iam ad hoc æui non Asiam solū, & Africā, sed magnā Europæ partē infecerit: ut iam de Christiana pietate tuenda in discrimē uentū sit.

CONSTANTINVS HERACLII.

Hic annū unum cum imperasset, rectæ ac ueræ pietatis cultor, Martinæ non ueræ insidijs, quæ Heracleonæ imperium astrueret, ueneno tollitur. Illa uero cum imperium male partum cum filio uix biennio tenuisset, à Senatu cum decenne filio expellitur, amputata prius matri lingua, filio naribus.

CONSTANS.

Constans ex Gregoria & Constantino proxime relato proles rerū potitur, adnidente Senatu, qui Martinæ scelus execrabat. Hic auitæ impietatis hæres, Martinū Romanū pontificem sibi aduersantē, cōprehendī iussit, in exilio mori coëgit. Cætera hominē non improbares, si impietatē & auaritiā demeres. Sarracenis classe cōgressus, uictus aufugit: quibus paulo post dissidio laborantibus, biennij inducijs impetratis Italiā petijt, ut eam à Langobardico iugo liberaret. Sed cū Romā uenisset, uictus à Langobardis acie, quicquid antiqui operis, signorumue fuit, intra quintum diem inde sustulit: ut plus ornamentorum paucissimis diebus urbi detraxerit, quàm Barbari per tot annos. Inde in Siciliā trañciens, cum sextum ibi annum ageret, & auare, & crudeliter tributum exigeret, docto suorum interficitur, postquam annos VII ac XX imperasset.

CONSTANTIVS POGONATVS.

Meliore orbis fato Constātinus imperium excepit, qui maximus natu relictus à patre Byzantijs, ut imperiū administraret, audita eius morte, in Siciliam uenit: ultusq; Mizizium tyrannū, & cædis paternæ conscios, bellum aduersus Sarracenos septē annos, terra, mariq; feliciter gessit. Fatigati em̄ bello maritimo Arabes, quod ex Cyzico à se capto, Byzatio singulis æstatibus inferebāt, maxime ignis miraculo territi, qui sub aqua arderet (Callinici inuentum) tempestate etiam graui oppressi, ferè omnes periere. Nec terra felicis res eorū administrata. Victi enim una acie XXX suorū millia amisere. Quare pax honestissima secuta: pollicitusq; Mauias eorū dux, Ioāni legato imperatoris ad id missotributū annuū, auri pondo III millia, seruorū etiam honestorū, & equorū totidem. Sexta hoc principe ueræ pietatis celebrata synodus Constantinopoli, pax ubiq; etiā floruit, præterq; quod Bulgari trans Danubiū repentine bellū ostentarunt, quod cū infeliciter gereretur, inhonesta pace Mysia his ad inhabitandū data est, tributo etiā annuo pmissio. Imperauit annū septimūdecimū Iustiniano filio hærede, cū fratribus minoribus nares amputasset. Pogonatus appellatus, quod imberbis in Siciliā profectus, barbatus redisset: πώγων enim Græci barbā appellant.

IVSTINIANVS.

Vltimus Heraclianæ stirpis Iustinian⁹ imperio præfuit, prauis ingenij, & uarijs, atq; à fide recta abhorrentis, Siquidē synodū aduersus sextam à
cc patre

patre celebratam indixit, bonis omnibus aduersantibus, & in primis Romano pontifice, quem comprehendere mandauit. Bellum aduersus Arabas, & Bulgaros contra foedera motum, utrumque calamitosissimum gessit. Quare & crudelitate etiam in suos inuisior factus, Leontij patricij, & Callinici patriarchae dolo deturbatur imperio, atque Cherfonam relegatur nares prius abscissa. Vnde mox fugies, & ad Trebellium Bulgarorum regem fuga lapsus, eius opera restituitur: Tiberio, qui Leontio successerat fugato, & Callinico Patriarcha luminibus priuato. Illud scilicet uitae hominis argumentum traditur, quod quoties truncas nares emungeret, toties unum ex ijs, qui Leontio fauerant, ad supplicium rapi iubebat. Sexto demum & decimo anno a Philippico pulsus, quem reclamante Constantino pontifice, acrius insectabatur, (uenerat autem ad illum Romanus antistes accersitus, & ab imperatore honorificetissime exceptus) uitam & imperium pariter amisit, sexto anno post exilium, cum X ante praesuisset.

LEONTIVS.

LXXXVII annos ab Heraclio ad Iustinianum in una gente imperatum, quod nescio an ulli priorum contigerit, cum Leontius Iustiniano legato, imperium sibi uindicauit, qui classe aduersus Arabas Africam occupantes ingenti parata, cum infecta rediret, imperio expellitur, postquam treis tantum annos rerum potitus esset. Hunc ergo Tiberius captum, (sic enim quam Absimarum dici uoluit) adeptum imperio, naribus truncatum custodiri iussit.

ABSIMARVS, QVI ET TIBERIVS.

Hunc classis in Creta imperatorem dixit, qui Heraclium fratrem statim aduersus Arabas omnia uastantes cum misisset, eius forti opera hactenus representat, ut a nostris abstineret. Inde Philippicum nobilitatis praecipuae Cherfonam relegauit, quod aquila caput obumbrasse uidebatur dormienti. Ceterum septimo post anno cum Leontio captus, a Iustiniano interficitur.

PHILIPPICVS BARDANES.

Nunquam maior principum impietas, maiorue, quod grauius doleas, fociordia. Quippe hic adeptus imperium, sextae synodi decreta altera synodo infirmare contendit: gratificaturus monacho, qui imperatorem illum praedixerat, hoc praedictionis praemium petenti, quare cum loquentiae multum huic inesset, sapientiae parum, opesque imperij inapride cogestas dissiparet, passus etiam Bulgaros Thraciam populari, priuatus oculis in ordinem redigit, anno uno, & mens. VI uix expletis.

ARTEMIVS, QVI ET ANASTASIVS.

Hic adeptus imperium, cum optime quae ad pietatem rectam attinet, instituisset. Hex Pontificum assensu, classem ingentem aduersus Arabas in Alexandria emisit. Verum classiarum quibusdam contumacibus agentibus, qui illum oderant, domum reuersi, Theodosium ignobilem alioqui uirum imperio praeficiunt: captumque Constantinopoli, monasterio Anastasium includunt, cum annum unum, menses tres imperasset.

THEODOSIVS ATRAMYTVS.

Obscuro licet loco natus, non poenitendum imperatorem egisset, si diutius illi per Leonem & Cononem Orientis praefectos imperare licuisset. Verum cum Leonem exercitus imperatorem dixisset, pertesus belli civilis Theodosius cessit imperio,

perio: monasticamq; uitā amplexus, satis diu, ac felix in ea uixit, cū annos 11 im-
perasset.

LEON ISAVRVS, SIVE CONON.

Obscuritatē generis (quippe qui apud Isauros natus exercuerat sedentariā)
cū alijs scelerib⁹, tum uero impietate in Deū, ac eius imagines facile Leon
æquauit: unde illi cognomen *εικονομάχης*, & *θεομάχης* Græcis, quarū perdendi tan-
tus hominē ardor inuaserat, ut Iudæis duobus gratificaret, qui illū tanto ante
imperaturū prædixerant: ut & Constantinopolitanū pontificē Germanū nomi-
ne aduersantē sede extruserit, & Romanū antistitē obloquentē cōprehendi iusse-
rit. Sarraceni certe ducibus Masgaldā, & Solymano Constantinopolim triēnali
obsidione, terra, maricq; fatigarunt. Verū peste, famēq; confecti, à Bulgaris etiā
sæpe uicti, classe magna ex parte igne sub aquis ardenti cōsumpta, paucissimis
ex tanto naufragio seruatis, manifestā in se numinis iram sensere, nec minori in-
terim clade in urbe sauitū, trecenta & amplius ciuiū millia peste, famēq; cōsum-
pta. Ridicula planè quidā de cælesti igne, & nauiū numero prodidere. Inde Si-
ciliam Sergij præfecti opera rebellantē, ad officiū retraxit. Circa finem imperij,
quod quartū & uigesimū durauit annū, graui terræmotu Bithynia, Thraciaq;
concussa, muriq; Byzantijs magna ex parte collapsi, quo Theodosij maioris, &
Arcadij filij statuæ ad terrā deiectæ. Et quæ res flectere impij principis animū
ab impietate debuerat, tanq; in manifesta Deū ira, ille uero ad priuatū quæ-
stum retulit, tributo ad restituendos muros imposito, ut in singula numismata
quatuor & uiginti obolos ærario principis inferret: quod postea in multis æta-
tes abiit. Hoc principe Romani pontifices ad Francos primum respexere.

CONSTANTINVS COPRONYMOS.

Impio patri scelestissima successit proles Constantinus cognomento Copro-
nymos: quod infans baptismi lauacro admotus, medijs sacris alimonix excre-
menta aquā polluerat. Is nō solum patris impietatē in abolendis diuorū imagi-
nibus reddidit, uerū etiam grauiore scelere reliquias eorū aut cōtempnit, aut cō-
bussit, quā in numina impietatē immanitas hominis inuisorē fecerit, dum no-
bilissimū quenq; tollendū è medio curat. Antistites certe Constantinopolita-
nos unū & alterū ignominiose prius habitos, & grauius ad hæc excruciatos ca-
pite plectit. Hic Bulgaricū uariatē fortuna bellū terra, maricq; gessit. Artabasdū
primæ nobilitatis hominē imperatorē ab orthodoxis creatū, post bienniū à se
captum, oculorū usu cum liberis priuat. Grauiissimū hyemē, uti Pōtus, Bospho-
rusq; ipse Thracius perglaciauerit, expertus, post infinita flagitia exquisitissi-
mo cruciatu consumptus obiit imperij anno XXXIII. duobus mens. minus.

LEO.

Non imperij solum, sed paterni sceleris hæres aduersante matre Bulgaricū
sanguinis pientissima successit Leo: qui ad impietatem sacrilegium etiam
addiderit. Nam coronam à Mauricio principe Deo dicatam, nefario capiti im-
ponens, captus gemmarum & auri splendore, breui poenas luit: caput enim im-
piū carbunculi apostemate statim intumuit, tandem ardentissima febris subse-
cuta, impiū spiritum nefarius exhalauit, imperij anno uno.

cc 2 Constan

CONSTANTINVS LEONIS F. ET IRENE MATER.

Reditus tandē his principib⁹ ueteri religioni suus nitor, reddita uetus pietas Irenes matris opera: quæ Attici sanguinis forma insignis, sed pbitatis opinione insignior Leoni nupserat. Quare cōuentu trecentorū & L. patrū Niceæ indicto, quæ septima synodus habetur, templis, diuisq; suæ restitutæ sunt imagines. Nec multo post tamē Constantinus iā aduultus matrē haud amplius passus, imperio deiecit, eiectā in ordinē redigit. Nicephorū impatorij & ipsum stemmatis, in quē suffragia multorū tacite inclinabāt, oculorū & linguæ usū priuat. Et ne quid sceleris deesset, Mariā uxore monasterio obrusa, Theodorā cōcubinā inducit matris consilio, ut filiū inuisum omnibus faceret, unde mox rerū sola potita, filiū in potestatē redactum excæcat. Eadē diē qua sexto ante anno Nicephorū ille eodē supplicio affecerat, ipsa q; nō multo post à Nicephoro pulsa, in Lesbū insulā relegat. Huius imperio, quod fuit cū filio annorū x. lamina inuenta est super cadauer his uerbis: Christus nascetur ex uirgine, in eū credo: Cōstātini & Irenes imperio. O Sol iterū me uidebis. Sed & Carolus à Leone Romano pontifice imperij corona donatur uirtutis, & pietatis ergō.

NICEPHORVS.

Piget planē, ac pariter me pudet, tot portētis uerius q; principibus referēdis immorari: nisi quod præterq; qd rei series ita exigit, nō nihil & huiusmodi homines uitæ p sunt, dum eorū exitu & deterrētur pessimi, & optim⁹ quisq; ad uirtutē, honestūq; accēdit. Nemo em̄ maiore hominū opinione ad imperiū uenit, dū singulos aut muliebris impotētia, aut flagitiosissimi principis tædet. nemo auari⁹, aut crudeli⁹ administrauit, quorū scelerū mox penas meritas luit. À Bulgaris em̄ paulo ante à se uictis, iprouiso noctis assultu opp̄ssus, ipse cū toto exercitu ad internitionē cecidit. Stauracius fili⁹ saucius humerū uix Adrianopolim euasit. Hic Venetā rem sociali classe aduersus Gallos iuuuit. Populoniā dolo magis q; uī captā diripit.

STAVRACIUS.

Adrianopoli in quam euaserat, post patris interitum imperator ab amicis salutatus: non multo post à Michaële Curoplate Rangabe cognomēto, qui Procopiam sororem eius in uxorem duxerat, imperio deturbatur, & monasterio includitur, postquā cum patre annos IX imperasset.

MICHAËL CYROPLATES RANGABE COGNOMENTO.

Melior pacis artibus, & pietate maior duobus à me proxime relatis successerat Michaël, si q; in toga bonus, tā bellicis rebus administrādis uiguisset: à quibus tantū abhorruit, ut ad unā aduersam cū Bulgaris pugnā, à quibus castris etiā exutus est, ita cōciderit, ut accepto nūcio de Leonis imperio, monasterio sese abdiderit, habenas regni facile concedens post annū alterū imperij. Hic cū Carolo Francorū rege fœdus ita inijt, ut Veneti suis legibus, ac iure uiuerēt: immunitate his seruata, quam ad eam diem in terra Italia retinuerant.

LEO ARMENIUS.

Pardi Patritij filius magno omnium gaudio, maiore spe rei Romanæ præfici tur, nec conceptā de se hominū animis spem frustratus esset, nisi egregias uirtutes

uirtutes crudelitate in suos, & impietate in deū mox fœdasset. Quippe q̄ parta de Bulgaris insigni uictoria, cū ab armis quies esset, ad cædē multorū cōuersus, Diuorū imagines deleri penitus iubet, nec præfagijs, aut somnijs maternis cladem imminētē euadere potuit. Nā à Michaële Traulo, quem in custodia detinebat, noctu p̄ insidias, dum sacris operat̄, cæsus obiit post annos imperij VII. & menses V.

MICHAËL BALBUS.

A Moriū Phrygiæ superioris oppidulū dedit hunc principē, nō humili solū sed sordido etiā loco natum: ad quæ impietas quoq̄ accesserat ex hæresi Iudæorū, atq̄ Thinganorū hausta: Linguae præterea uitio balbutientem, unde Græci *πρᾶλλον* appellauerunt. Hic post interfectum Leonē, à quo ad tantā fortunā euectus erat: Thomā, qui tyrannidē inuaserat, uario primū rerū euentu tandē oppressit: defectionisq̄ socios cū ipso Thoma sustulit. Sarraceni hoc principe ex Africa profecti, Cretā insulā occupant, totamq̄ ferē in ditionē redigūt, Græcosq̄ duplici prælio uincūt. Ipse princeps cū annos VIII. menses IX imperasset, Theophilo filio per manus imperiū tradidit. Vetus oraculū innotuit, tum rem Romanā in lapsum præcipitē ruiturā, cū balbus & auarissimus princeps imperaret, qualis hic uir fuit.

THEOPHILVS.

M Aior iustitiæ cultus in Theophilo filio: quippe qui facillimum sese statim diebus adeuntibus exhiberet, & ad seueritatē interdū propēsius acrius delicta puniret. sed par impietas, ut qui diuorum imagines ex paterna æmulatione auersatus, non paucos, qui eas colerent, ad mortem usq̄ cædi iusserit. Sarracenis Asiæ puincias uastantibus bis congressus, bis uictus est, castrisq̄ exutus: Quinetiā Amoriū, unde illi genus, ab hjs obsessum, & proditione captū diripitur. Cūq̄ annos duodecim rebus præfuisset, dysenteria morbo periit.

MICHAËL THEOPHILI, ET THEODORA EIVS MATER.

F Ecit Irenes Constāntini matris administratio, ut sceminei non pœniteret imperij. Quare Theophilo uita functo, Michaële filio adhuc infante, & sub tutela matris, ac principū uirorū relicto, Bulgari Scythicū genus pietatē nostram populariter sunt amplexi, cū Theodora genitrix reb⁹ adhuc præset. Verū impotentiā muliebri quis æquo animo ferat, ubi præsertim impietate asserat? Nā & illa diuorū imagines execrata est. Cæterū impietatis pœnas mox dedit à filio monasterio inclusa: q̄ auro similior t̄p̄ patri, p̄ summā ignauiā, ac p̄ digalitatē rē afflixit. à Sarracenis etiā castris exutus, nec minore insania Circēlibus ludis oblectatus est, quibus dū plus ingenio indulget, Basiliiū Macedonē Barda interfecto, consortē imperij adsciuit, à quo mox occisus est imperij anno XIII. quorū treis cū matre egerat.

BASILIVS MACEDO.

Q Vis crederet & hūc captiuū inter uenales Constātinopolim adductū, Romanæ rei præfuisse, qui nec patriā, nec parentes saltē ciere posset: præfuit tamen & eo rerū successu, ut ad eius nepotes imperij maiestas transferit. Primū igit̄ adepto imperio profusissimas Michaëlis largitiones reuocauit, ut dimidiū eorū, quæ accepissent, arario inferrent, & treis liberos imperij hæredes instituit, inde in Sarracenos, q̄ Cretā occuparāt, profectus, ab his nauali prælio superat:

cc 3 quos

quos tamē alieno ductu post uicit. Hoc imperāte Sarraceni ex Africa soluētes, cū Italiā magna ex parte uastassent, Dalmatiā quoq; populati sunt, Rhagusio etiā capto, quos tamen Nicephori Phocæ ductu inde post eiecit, Bario in ditionem suā redacto, tametsi Veneti una atq; altera expeditione rem Christianā iuuissent. Cæterum cum annos xx imperasset, à ceruo in uenatione cornu ictus mox periit. Vir frugi, & quem principem non contemnas.

LEO BASILII PHILOSOPHVS.

Constantino filio maximo natu (uiuente adhuc patre) uita functo, Leo cognomēto Philosophus frater successit: qui Bulgaros desciscētes, Turcarū auxilio primo uicit. Verū ab his per inanes inducias delusus, magna clade afficitur. inde in Sarracenos classe cōparata, Nicetæ ductu egregiā uictoriam peperit. literarū omniū, & astrologiæ in primis eruditus, & qui filiū Constantinū imperaturū diuinaret. Tandē post annos v & xx mēses treis alui doloribus fatigatus, Alexandro fratri imperiū per manus tradidit, cui filium cōmendauit.

ALEXANDER.

Nec Basilio patri, nec Leoni fratri similis Alexāder successit, uir luxu & igna uia pditus, annū & mēsem rerū potitus. Qui cū nec ipse recte administra ret imperiū, & ignobilissimū quēq; ac turpissimū reb⁹ praeficeret, erūpente naribus sanguine extinctus est. CONSTANTINVS.

Septennem hunc pater Leo sub tutela matris, & nobiliū quorundā reliquit: Squorū diligentia Andronicus Ducas tyrānidis inuasor oppressus est. Inde Bulgaris Thraciā uastantibus bellū indictum: quod feliciter sanē Phocæ ductu successerat, nisi casu quodā consternati milites iam uictores in fugā cōuersi fuissent. Eadē quoq; fortuna alterius in Bulgaros expeditionis fuit ducū discordia, & ambitione: ut & Constantinopolis à Bulgaro hoste sit obsessa, & Romanus Lecapenus Zoë Constantini matre prius eiecta, imperij socius adscitus à Constantino necessario sit, qui Helenā eius filiā in uxore etiā duxit. Cæterū Romano in exiliū pulso, Christophorūq; eius filio cum tota Lecapenorū gente extincto, ipse rem imperij per annos undequadragesima satis prudenter administrauit, Beneuēto de Langobardis expugnato, & tyrannis quibusdā oppressis, Turcarūq; principib⁹ aliquot Christiana pietate imbutis. Hic à literis, optimisq; disciplinis nō abhorres, quas penē extinctas ab interitu uindicauit, librum Romano filio reliquit: in quo summā totius imperij, sociorum omniū fœdera, hostium uires, rationes, consilia explicuit: quē nos in bibliotheca nostra tanq; thesaurum seruamus, in quo multa de Venetis etiā nostris imperator ipse disserat.

ROMANVS LECAPENVS.

Non iusurādū sanctissimū, qd' praestiterat, nō gener Constantinus obstitit, q̄ minus imperiū & sibi, & Christophoro filio Romanus uindicaret, Constantinūq; penē in ordinē redigeret. Is uero cū Bulgaricū bellum contra Simeonem eorū ducem infeliciter gessisset, & sextum ac uigesimū annū praefuisset, tandem à Stephano filio captus, insulæ includitur: mox & eius filij à Constantino comprehensi, alter in Proconnessum, in Lesbū alter relegatur.

Romanus

ROMANVS LEONIS IVNIOR.

Vir omnium ignauissimus, luxuriosus ac otio perditus, post Constantinum patrem imperium suscepit Romanus nomine: quod tamen alieno arbitrio rexit. ingenio alioqui non malo, sed interdum solerti: ubi animum adiecit, foris aduersus Sarracenos, qui Cretam occupabant, Nicephori ductu, & aduersus Turcas Asiam uastantes eiusdem Nicephori & Leonis fratris imperio felix. Domi in matrem, ac forores impius, ut regia eiectione quæstum meretricium sint amplexæ, ipse ludis ac crapulæ intectus, post tertiumdecimum imperij annum obiit ueneno etiam potionatus.

NICEPHORVS PHOCAS.

Nobilissimus haud dubie Romano successit Nicephorus cognomēto Phocas, Phocæ Nicephori nepos, qui in Sicilia contra Sarracenos res egregias gesserat, simulac igitur adeptus imperium est, classem in Sarracenos occupantes Siciliam instruit, ipse in eisdem Asiam uastantes exercitum duxit. in Sicilia res infeliciter per duces acta, ipse Ciliciam & magnam Asiam partem lætis auspicijs recepit, mox Antiochiam noctu aggressus pulsus Sarracenis, imperio subdidit. Sed quæ bellica re fortunatus, tam domi infelix, dum auaritiæ, socordiamque sese emancipat. Ex quo in odium ciuium incurrens, facile à Ioanne Zimisce adiuuante Theophania Nicephori uxore, noctu intra cubile interficitur, cum rerum potitus esset annos sex, menses totidem.

IOANNES ZIMISCES.

Clarus hic iam antea militari laude imperium assecutus, Basilium & Constantinum fratres, Romani iunioris filios, imperij consortes adsciscit: in Rhoxolanos Bulgariam sibi uendicantes felicissime rem gerit. Phocam Nicephorum rebellantem capit: indeque Bulgariam omnem imperio adiecit eiectione inde Rhoxolanis, Splendosa uoque eorum rege ad deditioem coacto, mox Constantinopolim reuersus, cum triumphantis specie inuectus urbi esset, potionatus post imperij annum sextum, & menses sex decessit.

BASILIUS ET CONSTANTINVS FRATRES.

Nulli diuturnius rerum potiti, quippe qui annos LIII præfuerint, & ne sine ciuili bello rem transigerent, Bardæ Scleri ambitio fecit, quem inuasorem imperij tandem acie uictum ad Persas fugere copulere, nec multo post Phocas Bardam cognomēto ab exilio reuocatus: indignatusque post rem prædare aduersus Sclerum se duce nauatam, ab imperatoribus contemni, descendiit: quem & ipsum casum in acie superarunt, inde in Bulgaros itum: quos præliis aliquot uictos ad deditioem tandem totius gentis Basilius copulit, usus ad contempendam eorum perfidiam grauiore in uictos poena. Nam XV millibus eorum captis oculos effodit, uno tantum incolum, qui eis ad Samuelē eorum ducem præiret. Quare dolore animi Samuel affectus, non multo post obiit. Bulgaria igitur omni subacta, & imperij terminis undique ampliatis, post LXX & alterum uitæ annum decedens, Constantinum fratrem successorem reliquit.

CONSTANTINVS.

Hic cum fratre particeps dignitatis potius quam potentia, post fratrem per summam ignauiam & luxuriam ita se gessit, uti obscurissimis & barbaris hominibus rem totam traderet. Illud eo principe dignum lauge gestum, quod Diogenes, qui Syrmio & Burgariæ præerat, Patzinacas Istrum superantes uicit. Decessit tertio imperij

anno septuagenarius, Zoë filia Romano Argyropylo in uxorem collocata.

ROMANVS ARGYROPYLVS.

HVnc Zoæ filia Constantinus ut omnium nobilissimum, qui imperij hæres esset, delegerat, optima de eo oim spe: quã sub initia nequaquam frustrat⁹ est, cū multa in meli⁹ mutarit: summa etiã liberalitate in oēs usus. Verū cū Sarracena Asiæ expeditio parū ex sentētia illi cessisset, repente mutatus, totū se ignavia, ac pecuniæ colligendæ tradidit. nec multo post Zoæ uxoris insidijs & Michaelis Paphlagonis adulteri dolo, intra balneas aquis immerfus obiit, cū annos v & dimidiū regnasset.

MICHAËL PAPHLAGO.

Quis nō effrenem in quinquagenaria fœmina libidinē excretur⁹: aut fortunæ ludum in hoc principe nō admiretur⁹: mancipiū uidelicet barbarū, nec ulla re nisi forma cōmendatū, mente etiã cōmotum, labēsque ad singula momenta, spuma insup oris fœda, septē tamē annos imperauit: nec malū omnino principē egit. Nā & tricēnales inducias cū Aegypto rege percussit, & Edesam obsidione liberauit: & domi in suos facilis, ac beneficus admodū fuit, uni Zoæ propter expertam libidinē parum æquus, qui cū intercutis etiã morbo laborare cepisset, Michaëlem Calaphatem hæredem imperij esse uoluit.

MICHAËL CALAPHATES.

Hic adoptatus à Zoë, præter sordes parentum, qui naues apud Paphlagonas pice oblinerēt, unde Calaphates etiã dictus, auare ac crudeliter res susceptā administrauit. ingratiſſimus em̄ in omnes, patruū autorē tantæ maiestatis primū eiecit: reliquos deinde cōsanguineos execut: inde Zoën matrē in insulā relegauit. quod cū indignissime omnes ferrēt, populī cōspiratione restituta Zoë, fugiens cum fratre Constantino à turba capitur: & uterque oculorū usu, familiarī Græcis, pœna priuatur: mensibus quatuor & totidem dies rerū potitus.

ZOE ET THEODORA.

Flagitia principū, ut muliebri imperiū æquius uideretur, effecere. Quare sororibus duabus imperij fasces, ac maiestas asserta. Caterū ut uariū, ac mutabile semp est fœmina, facile Zoæ ardenti adhuc libidine persuasum, ut maritū ascisceret. Cūque aliquot fastidisset, Constantinū Monomachū ab exilio reuocatum, imperatorij & ipsum stēmatīs uirū sibi adiūgit, & impatorē pronūciat mensibus III uix exactis.

CONSTANTINVS MONOMACHVS.

Hinc prima imperij labes, hinc reliquæ, quæ cōsecuta sunt clades, ortum habuere: principe adeo ignauo, & libidine pdito, ut cōcubinā egregia alioqui forma, uxoris legitimæ loco habuerit, quã efflictim depiret. Duplex illū factio sub initia Maniacis uidelicet Georgij, & Leonis Tornicij ē aggressa. sed Maniacis motus, qui ex Italia in Epeirū trāsierat, una pugna secūda & ducis morte facile cōpressus. Torniciana defectio eo grauior, q̄ diuturnior: sed eo post aliquot prælia tandē capto, & oculorū usu priuato, facile cōsedit. hoc principe Turcarū arma tūc primū p̄ Asiã lati⁹ euagata: uicti tamē interim Rhoxolani, & Patzinacæ Scythicū gen⁹ hominū. Zoëque uxore septuagenaria fato mox functa, & ipse tandē morbo prægrauate decessit post annos imperij bissexenos, & mēses octonos.

Theodora.

THEODORA.

Non pudeat & Theodorā Zoēs sororē, quæ biēnio uix imperarit, nostris inferere cōmentarijs: quādoquidē nō muliebriter scēmina reb⁹ præfuerit. Quinimo tāta domi, forisq; quies & ociū fuit, tanta rerū omniū ubertas, ut scēminei imperij neminē pēniteret. Verū ingrauescente cū atate morbo, illecebris eunuchorū Michaelē iam senē in curæ partē cū aduocasset, ipsa nō multo post fatis, naturæq; cōcessit.

MICHAEL SENIOR.

Vix annū unū rerum potitus erat, cū Isaacij Comneni motus in ordinē illū redegit: uirū genere & opibus clarum: cætera minus ad imperandum idoneum atate etiā prægrauante: qui priuatus non multo post obierit.

ISAACIUS COMNENVS.

TAndem uirū fortē, & pace, bellōq; illustrē, Constātinopolitana res sortita fuerat, Isaacij scilicet Cōnena gente nobili, si ultra bienniū sceptri, regniq; potitus esset. uerū ille lateris morbo inter uenandū subito oppressus, cū de salute desperasset, cucullā monasticā indutus regno se abdicat, Constantino Duca de senatus populiq; uolūtate successore declarato. Sunt q; scribāt tanta cōtinentia eū fuisse, uti nec uxore cognoscere uellet post prole semel ex ea susceptā, cū tamē ad morbi remediū medici in primis cōsulerēt, ut coitu frequētiore uterēt.

CONSTANTINVS DVCAS.

ET hunc suorū cōspiratio sub initia grauis exceperat: quā cum nō sine discrimine cōpressisset, ad Reip. administrationē cōuersus, nō pessimū principē egit. Veræ pietatis cultor, & æqui obseruantissimus, sed auaritiæ studiū prægrauabat, unde inuisus suis, hostibus etiā ludibrio fuit, imperij res undiq; uexantibus, accessit ad externa mala familiaris Constātinopoli, clades grauis terramotus, quo tēpla, ædesq; multæ corruere, sed morbo inualescēte Eudociæ uxori & filijs sceptrū tradēs, anno VII & mense VI imperij, cum LX & amplius uixisset, excessit.

EUDOCIA ET FILII.

Poterāt res domesticæ fortasse muliebri prudētia nō incōmodo administrari, si à bellis externis quies affluisset: sed iminētib⁹ undiq; Barbaris uicit eorū sentētia, q; uirū idoneū præficiendū rebus esse cōtendebāt. Quare iurisiurādi oblita, quo marito moriēti sese obstrinxerat, nō supinducturā se imperij rebus maritū aliū, siue etiā coacta, Romanū cognomēto Diogenē, filijs etiā nō improbantibus, post mēses VII imperij, uirū sibi adiūxit, q; Remp. prudētia ac fortitudine tuerēt.

ROMANVS DIOGENES.

Hic Diogenes pater fuerat haud dubie domi, militiæq; clarus: qui postea Tyrānidis affectatæ reus seipsum præcipitauit. Paternæ igitur laudis æmulator filius, cum uictoriā egregiam retulisset ex hoste barbaro, dignus est habitus, quem Eudocia in tori, curæq; partē acciperet: quam tamen non multo post facile pēnituit, cum insolentiæ hominis pertederet, qui rem ad se totam trahe-
ret. Prior expeditio in Barbaros Asiam uastates uario rerum successu illi administrata. Altera funestissima, Romano milite uel fugato, uel caeso, ipso certē imperatore (quod ad eam diem nunquā contigerat) capto. Ferunt Azan

cc 5 Turcarum

Turcarū principem ad primū nunciū capti imperatoris Romani uix credentē cōstitisse: mox ad se adductū, & cognitū, in summo honore à Barbaro habitū, & amplis donatū muneribus, pace inita dimissum. sed Byzantiū omnia ad primū cladis acceptæ nunciū mutata erāt: ipsa Eudocia relegata: Romano abdica- tum imperiū: & Michaël maximus Constantini filius rebus præpositus. Ipse Ro- manus, cum bellum frustra pararet, tandē deditus præter iurisiurandi religionē oculis immanem in modum prius effossis deportatur in insulam: ubi nō multo post decedens, ab Eudocia uxore sepelitur post annos tres, menses autē octo.

MICHAËL CONSTANTINI DVCAE FILIVS PARAPINACIVS.

Ignauissimū principē numina nobis (ut arbitror) iam pridem infesta dōdere: quē à fame, quæ sub eo inualuit, Parapinacē appellauere. Cum igitur impe- riū res pari ignauia, ac sauitia uexarētur, principe sub Psello magistro uersibus tantū factitandis intento, Nicephorus Botaniates cognomēto haud dubie no- bilissimus imperiū sibi asseruit, quē in socordis principis inuidiā ciues facile ad- misere, Michaele prius cū uxore & filio post sextū imperij annū, & menses sex cœnobio incluso.

NICEPHORVS BOTANIATES.

APhoca imperatore stemma huic ductū: quare tanq̄ omniū nobilissimus Michaele facile reiecto surrogatur, qui Comnenorū fratrum forti primū, si deliq̄ opera usus, qui Bryenniū tyrānidis inuasorē, & Basilaciū sustulerāt, mox ab illis defectionē meditantibus imperio deturbatur anno III, q̄ imperare cœ- perat: ipse monasticā uitam secutus, Alexius autē Comnenus minor natu, mili- tari turbæ acceptior imperator salutatur, qui Byzantiū ingressus die dominicæ cœnæ sacratissimo magnæ hebdomadis, hostilem in modū urbem totam diri- puit, nullo non iniuriarum genere in ciues ædito.

ALEXIVS COMNENVS.

Successit iā hinc familia, unde hæreditariū, ac propē iustum in Græcā gentē Sodiū ad nos trāmissum sit. Nā etsi iam pridē sub Photio schisma cœperat, manebat tamē qualiscunq̄ Romani pontificis maiestas: & male sartam gratiā affinitates quædā cum principibus nostris inita focillabant. Alexius autē ueluti ex p̄fesso hostis Latini nominis præter bellū, quod cū Roberto Viscardo infe- liciter gessit, Venetis etiā armis adiutus, Gallorū memorabilē illā expeditionē, quā suspectam semp ab initio duxerat, perturbare conatus est. Cæterū nō succe- dente cōsilio, his cōditionibus cōmeatu, & alijs necessarijs reb⁹ adiuturū se Gal- los recepit, si quæcūq̄ cepissent ex hoste, sibi restituerēt. ex ducibus certe nostris plurimū Boamundo Normāno deferre uisus est. Cōuersus inde ad pacis artes, orphanotropheion erexit, & musæum: in altero pueros, puellasq̄ parētibus or- bos alendos, in altero erudiendos instituit, sumptusq̄ his ex regio uectigali da- tus. ipse uero morbo fatigatus, post VII & XXX imperij annū, menses III cū dimidio moriens, Ioanni filio, reluctante in primis matre, imperium reliquit.

IOANNES.

Ioannes, quem nostrorum quidam Caloianem appellant, ubi imperium adeptus est, suos omnes dignitatibus ornat, in Isaciū fratrem propensissimus, quem

quē incredibili charitate dilexit. uarijs expeditionibus in Asiam usus, Turcas, Persasq; prælijs aliquot uicit, urbesq; illis non paucas ademit. Latinorum militum fortē, fidelemq; operā semp expertus, legatos ad Innocentiū pontificē, & Lothariū imperatorē uictoriā de Rogerio gratulatuos misit, tandē memorabili exitu in uenatiōe sagitta uenenata digitū dextræ saucius, post quintū & uigesimū imperij annū & menses octo, natu minori Manuēli sceptrū reliquit, cū Isaciū ut minus ad imperandū idoneū reieciisset, nō contemnendus omnino princeps.

MANVEL.

Nillus infestior in nos fuit: nulli inuisiores successus nostrorum fuere: ut Corradum Germanū, & Ludouicū Francorū regem uarijs insidijs fatigaret, quare coacti intēpestiue Bosphorū traicere, cum in locorū angustijs à Græcis nostri caderent, fame quoq; laborare cœperunt: sed famē morbus etiā subsecutus gypso per summū scelus farinae immixto. Quare indignatus Siciliae rex Rogerius bellū illi indixit: indictum fortiter gessit, uastata omni ora Græcia, & Byzantio etiam per suos duces adeo insultatus, ut sagittas argenteas, aureasq; hortis regijs immiserint. Venetis etiā nō minus infestus, cōtra ius gentiū Henricū Dandulū eorū legatum uiolat: negociatores, quos simulata pace euocarat, uno die cōprehendit, ex quo Venetis armis pressus, tandē promissa bonorū restitutione æquis pēnsionibus pacē impetrat, præliū cum Turcis funestissimū gessit, in quo penē captus est. Federicū Aeneobarbū etiā Italicis auxilijs exercuit: re etæ fidei dogmata perturbare per insaniā adortus, nō prius abstinuit ab incepto, q̄ omnes aduersantes sibi uidit, demū cum astrologiæ peritissimus haberetur, sponderetq; sibi multos adhuc uitæ & imperij annos, totiusq; Orientis imperium agitare animo, post xxxviii principatus annos monasticam uitam secutus, morbo periit, Alexio filio paruulo relicto.

ALEXIVS.

Patri puer Alexius adhuc successit, qui fatigatus multorum insidijs, Andronicum maxime infestum habuit, uirum callidum & impium: qui ex Isacio Comneno Ioānis fratre natum, nobilissimus haud dubie habebatur. Is Constantinopolim ingressus primū tutorem egit, inde participem imperij. Demū præter iurisdictionē fidē Dominici etiā corporis & sanguinis haustu sacrationē, Alexiū xv tantū annos natū, cū treis annos à patris morte rerū potitus esset, miserabiliter excruciatū necari iubet: capiteq; abscisso, reliquū cadauer in mare proiecit.

ANDRONICVS COMNENVS.

Callidissimus mortalium, ac sæuus, cætera non improbandus, si regnandi libidinē demeres, bienniū rebus præfuit, omnibus ob insitam sauitiā inuisus. Quare bello etiā à Gulielmo Siculo appetitus, cū undiq; premere, tandē ab Isacio Angelo præter suā, omniūq; opinionē imperio deijcitur, captusq; ac p̄ urbē camelo sedēs circūuectus manu abscissa, oculóq; effosso, turbæ, uulgiq; tumultu lacer periit.

ISACIVS ANGELVS.

Comnenorū sublata stirpe, ad Isaciū cognomento Angelū summa rerum præter omniū spem defertur, qui cū prudenter se gerere sub initia uideretur, classem

tur, classem ad recipiendā Cyprū frustra cōparauit. Bellū etiā cū Mysis, q̄ & Vlachis dicūtur, Petro & Asane fratribus defectionis autoribus infelicit̄ gessit: uarias interim multorū tyrānides oppressit. Federicū Aeneobarbū in Syriā p̄perantē magnifice excepit. Ipse uero, cū in nostros beneuolo animo esse uideret̄, ab Alexio fratre, quē captū à Turcis redemerat Isaciū, per summū scelus imperio, oculisq̄ priuatur.

ALEXIVS FRATRICIDA.

Non ingratus in fratrē solū, sed planē impius Alexius uideri possit: qui nō solū maiori fratri imperiū per scelus ademerit, uerūetiam nepotē extorē pateretur. Sed affuit nō multo post grauis ultio. Restitutus em̄ nepos patrē ad huc uiuentē rebus p̄facit. Ipso autē Alexio fuga dilapso, nepos Alexius Isaci filius post subitā patris mortē impator est dictus, Gallorū, Venetorūq̄ armis p̄ualentibus.

ALEXIVS IUNIOR ISACII FILIVS.

Per annorū XII. cū Pannonas, Gallosq̄ per matrē, uxoremq̄ attingeret, Venetorū, Gallorumq̄ ope in imperiū restituit. Id uero p̄ter alia in sc̄dere faciēdo diserte cautū, ut patriarcha Constantinopolitanus Romano pontifici tanq̄ maiori subesset: & damna Frācis, Venetisq̄ à Manuele illata cōpenseret. Qui mense post restitutionē suā uix exacto, cū satageret rerū quas promiserat, à Murziphlo quodā ignobili, quē tamē ad summū dignitatis gradū extulerat, fraude puer necatur. sed Murziphilus & ipse non multo post in Peloponneso captus, & Constantinopolim retractus, per summā ignominia, & cruciatus obiit.

BALDVINVS FLANDRENSIS.

Excellens Veneti sanguinis uirtus adiuta Gallicis armis imperiū, quod tot annos factiosissima, & turbulentissima Græcorū natio possederat, Latino nomini facile asseruit. Capta em̄ urbe post Murziphli fugā, Balduinus Flādrice comes, XV. uirū suffragio imperator eligitur. Veneti priuo suffragio Thomā Maurocenū (quādo ita cōuenerat, ut ipsi antistitem darēt, si Gallus imperaret) patriarchā designant, qui statim ad Romanū pontificem profectus, eū dignitatis suæ autorē fecit: moxq̄ reuersus celeberrimo gentiū conuentu, Balduinū imperij corona donat, qui uix anno circūacto, cū p̄ter Adrianopolim cuncta recepisset, moriens fratrē Henricū successorē habuit. Sunt qui annos V. imperatū prodant.

HENRICVS.

Balduino fratri successit Henricus: qui pace cum Vlachis firmata, & filia duobus eorū in uxorem ducta: domi, forisq̄ cum prudenter se gereret, in Thessaliā profectus, Gulielmū filium Bonifacij regem Thessaliæ declarat. mox moriens Iolantā filia Petro Antisiodorēsi nuptā reliquit heredē, anno imperij XI.

PETRVS ANTISIODORENSIS.

Hic uxorio iure (quādo mascula nulla supererat, ples) innixus ab Honorio pontifice ad Laurētij fanū extra urbē insignia imperij accepit. inde Venetis nauibus soluens, cū Dyrhachiū in Venetorū gratiā frustra tentasset, à Theodoro Lascare, qui se Græcorū imperatorē gerebat, per assimulationē pacis p̄ter iurisdictionē religionē, & fidē medio cōuiuio obrūcatur. Sunt q̄ circa nemorosa Thessaliæ loca (Tēpe ea uocāt) insidijs captū, & in uinculis asseruatū prodāt.

Robertus

ROBERTVS FILIVS.

NVlli dubiū esse potest, treis à me principes relatos, pietate ac fortitudine
 Neximios fuisse: quibus tamē fortuna haud sanè arriserit: tū quod rerū diū
 potiri nō est datū, tum quod in tanta imperij nouitate obnoxia, ac planè preca-
 riam potestate agerēt. Eadē propè sors Roberto affuit, qui ad paternā captiui-
 tatis nunciū Byzantiū aduolās, cum sese optime gereret, Veneti nominis obser-
 uantissimus inuidiam unius ex purpuratis suis sensit, qui abductam sibi ab illo
 sponsam iniquissime ferens, impotēs animi cū domesticis in regiā irrupit, deho-
 nestata mēq; naribus puellā cecidit. Quā iniuriā ulturus Robertus, dum Romā
 cōtendit, atq; inde reuertitur, in Achaia morbo decessit, re interim Veneto præ-
 tori demandata.

BALDVINVS.

QVasi fato euenisse dicas, ut quēadmodum à Balduino auspiciā regni cœpe-
 rant, sic in Balduino cōciderent, patri Roberto sufficitur Balduinus filius.
 Cui, quod per atate tantæ rerū moli nō uidebatur idoneus, Ioannes Brennius
 focer adiutor datur. Qui præualēribus Græcorū armis, cum Venetorū auxilio
 sapere tutatus esset, tandē oppignerato filio & Crucis dominicæ parte, quin-
 etiā templorū donarijs omnīū ablati: cum ingentē exercitum ad Bosphori fau-
 ces obiecisset, per eius absentia à Michaële Palæologo proditione recipitur By-
 zantiū, ita dum externam uim formidat, domestica opprimē. Anno igitur LX
 ferè quā imperari à nobis cœptum est, Byzantium amissum est.

LASCARORVM STEMMA.

Detur & hoc ipsum cū studiosis omnibus, tū Lascareæ familiæ haud dubie
 clarissimæ: ut qui interim ad Adrianopolim rei præfuerint, nō ignorētur,
 quousq; Michaëlis Palæologi uirtute Græcis iterū uindicatū imperiū est. Impe-
 rator Alexius cognomento Angelus, quē fratricidā superius ostendimus, Theo-
 doro Lascari filiā despōdit, dotisq; nomine imperij titulos genero tribuit. Huic
 mascula proles ex uxore nulla, scēmina tantū Irene filia fuit: quā Ioanni Diplo-
 batarzio in matrimoniū iunxit, imperiūq; illi per manus tradidit. Cui postea
 Theodorus filius successit, ex quo Ioannes: quem Michaël Palæologus puerū
 cum interfecisset, ipse sibi & posteris per summū scelus imperium uendicauit.

MICHAËL PALAEOLOGVS.

VEhementis spiritus uir, cum illum fiduciariæ quodāmodo tutelæ perde-
 ret, imperiūq; sibi, ac suis destinasset, Gulielmū Achaia principatu pri-
 mum spoliari: inde Byzantio capta, cum Venetis bellum diu gessit: à quibus faci-
 le imperio deturbari potuit, nisi Genuenses obstitissent. Quare inducijs initis,
 Lugdunū ad cōcilium uenit, quod Gregorius pontifex indixerat, facilēq; illi cū
 Romano pontifice cōuenit: ex quo tantam inuidiam Græcanicæ gentis cōtra-
 xit, ut nec morienti iusta persoluerint, & locum sepulturæ negarint. Hunc annos
 quadraginta & amplius rebus præfuisse, nisi annales dubia prodant, certū est.

ANDRONICVS ET MICHAËL FILIVS.

EX tribus maribus natus maximus Adronicus imperiū arripuit: qui Michæ-
 elem matre Vngarica natum, consortem imperij sibi asciauit, quo mox uitā
 functo,

functo, præ dolore amissæ filia & generi, pater Andronicus Constantinū Despotem iuniorem ad imperij successione inuitat. quod Michaelis filius Andronicus ægre ferens, in auū insurgit, Genuensiumq; auxilio fretus, ius omne ad se trahit. sed Veneti seniores Andronicū cum restituisent, tandem prægrauantibus Bulgaricis auxilijs & Genuensium, auus coactus Venetos destituit, partesq; Ligusticas à nepote coactus amplectitur: & septuagenario maior tandē moritur.

ANDRONICVS IUNIOR.

SEX annos & amplius bellum uarium & anceps hic cum auo gessit: saepe tamen reconciliatis animis amicorū interuentu, & gratia male facta nequaquā coeūte. Tandē cum Byzantiū nepos clam ingressus esset, in auū nihil ultra molitus, illū secū imperare quoad uixit, passus est. Eo mortuo, cū aduersus hostes Romani nominis res egregias gessisset, multisq; uictorijs clar⁹ esset, unde quinquagesimo ætatis anno moritē, febre capitisq; dolore intra quatruduū cōfectus.

IOANNES PALAEOLOGVS, & Ioannes Cantacuzenus.

MORTUO Andronico iuniore, cum Cantacuzeni arbitrio, qui magni domesticæ dignitatē supremā obtinebat, omnia prudenter gerent: Apocauici fraude uiri obscurissimi, sed solertia & calliditate inter principis amicos præcipuæ dignationis, & patriarchæ ambitione in exilium truditur. ille uero iniuriæ impatiens, bellū quinquennale aduersus Reginā & Ioannē gessit, Turcarū arma Europæ primus inferens. Caterū rebus in dies pessum euntibus, pditur illi Byzantiū. quod cū occupasset, nulli ferè molestus imperij tantū participē egit, filia in uxore Ioanni tradita: inde in Genuēs socijs Venetis & Arragonijs bellum uaria fortuna gestū: cui Nicolaus Pisanus dux præfuit. nec multo post bellū à Palæologo exule Cantacuzeno indictū, Turcarū in primis ope geritur, quibus etiā in Europa locū inhabitandū primus tradidit. Et cū ex Tenedo soluens improuisus Byzantiū ingressus esset, tandē Cantacuzenus imperio se abdicās, monasticā uitā sequitur. hic Ioannes Matthæū Cantacuzeni filiū consortē imperij agentem tandē imperiū deponere coëgit. & cum multa fortiter administrasset bella, moriens filio Manuēli imperium reliquit.

MANVEL.

DE hoc nihil aliud memorabile proditum, nisi quod septem filios mares reliquit, quorum Ioannes natu maximus morienti successit.

IOANNES.

AVIDUS hic concordia, pacisq; principibus cū sacris, tum profanis Græciæ totius comitatus Italiā petijt: Eugenijq; autoritatē secutus Florētino concilio interfuit: pacēq; ac concordia perpetua (ut sperabatur) inita, mox domū reuersus non diu superuixit, Iosippo etiā patriarcha Florentiæ defuncto.

CONSTANTINVS.

HORRET animus tãtæ cladis recordatione, & luctu adhuc tanq; in nouo matas millesimū ac centesimū supra nonagesimū primum annū floruerat: ubi tot principes Christiani, tanta religio, tot diuorū tēpla, tot reliquiæ cōditæ erāt: paucis diebus

cis diebus q̄ oppugnari cœpta sit, ab immanissimis, ac nefarijs Turcis captam fuisse. in qua nullæ scelerum facies defuerint: non dignitatis, non sexus, non ætatis habita ratio: supra cædibus, cædes stupris additæ: ipsa diuorum templa diruta: ipsa ossa Martyrum canibus, suisq; obiecta. Constantinus imperator dum ad portam trepidus se recipit, fugientiu trepidatione oppressus obiit, cui⁹ caput hostis ad ludibrium pilo affixum totis castris gestauerit. redemptor ipse Christus (pro pudor & dedecus nobis æternū) iterum cruci affixus, luto, limoq; uexatus est: eaq; omnia representata, quæ in illum Iudæorū gens olim impia patrarant. Elogiū inde additum cruci: Hic est Christianorū deus, triduū ciuitas uexata, atq; ad arbitriū impotētissimi uictoris direpta. inde quicquid regij sanguinis mares, sceminæq; illustres superfuere, aut inter epulas prægrauate uino Othomani iussu fœde iugulātūr, aut uictoris libidini (quod grauius morte fuerit) reseruantur. Incidit autē clades hæc in annū salutis millesimū CCCCLIII. quarto Cal. Iunias. qui dies funestissimus, ac religiosissimus esse nobis semper debeat. Qua in re subeat ea reputatio, à Constantino magno Helenæ filio constructam urbē esse, Romæ semper æmulam, sub Constantino, qui eiusdē nominis matrē haberet, captam, Turcarumq; iugo ad hanc diem subditam. cum Nicolaus pontifex Romanæ præesset ecclesiæ, Fridericus Germanis imperaret: nōstri interim Veneti cū classem ductu Iacobi Lauretani emisissent ad subitæ oppugnationis nunciū, hostis Turcæ celeritate præuenti nullam opem lapsis iam rebus afferre potuerunt. Regnatum à Palæologis annos ferè ducentos.

DE BYZANTIO.

F Verit & hoc institutæ rei cōsequens, ut qui Byzantium primi condiderint, quæue urbis tam celebris incrementa à prima eius origine ad ætatē nostrā fuerint, & q̄ uaria fortuna, pstringā, nā si castelli unius originē diligētius pscutari nō ineptū ducit, cui quæso ingrātū esse possit, urbis tā uetustæ, tā amplæ, in qua imperij Romani maiestas qualiscūq; tot annos uiguerit, ortū, casumq; pcepisse: Byzantiū primo in angustissimo Europæ, Asiæq; Euripo posuere Lacedæmonij Pausania duce, Lygos antea dictū, qd' uariante deinde fortuna, dū incerti iuris possessio adhuc esset, Atheniēsisbus, Spartaniq; id sibi certatim uēdicantib⁹, tandē libertatē sibi asserere: & dū neuter populus tāq; ppriā urbē auxilijs iuuat, liberæ cōditionis esse cœpit. p quæ tēpora res eorū admodū floruit agro fœcūdo, feraciq; in primis, & mari admodū opportuno, unde uectigalia, uectigalibusq; eorū augendis pisciū uis ingēs ad eorū litora deferebat. Quæ cōmode posita esset, oraculi Pythij ambages arguit: nā cōsulentib⁹ Græcis ubi urbē cōtenderēt, data fors exciderat, sedē oppido Cæcorū aduersam quærerēt. Chalcedonios haud dubie innuens, qui priores in ea loca pfecti Megaris, peiora legerāt: Pisces etem ex Euxino in Propōtidē illati, ubi ad Chalcedonēse litus incurrēte, territi candicāte saxo, qd' à uado ad summa pelluceat, aduersum Byzantiū pmonitoriū ex ea causa Chrysoceras appellatū, præcipiti petūt agmine. Itaq; omnis cæptura Byzantijs, Chalcedonensibus penuria, primū cum Romanis fœdus aduersum Pseudophilippū à Byzantijs inītū est. inde semp forti, fidelicq; opera eorū multis

multis, uarijsq; bellis usi sumus. Quousq; Seuerus imperator occupatam à Periscennio Nigro, eo occiso funditus euertit, & in uici formam redegit, agro etiã eorũ Perinthijs adiudicato. Fuit aut̃ urbis murus Milesio quadrato lapide, adeo indiscreta laterũ structura, ut una propè muri cõpages spectãtibus uideri posset. In huius ruinis Constantinus magnus aquilæ præpeti uolatu ex Chalcedone illuc regulares funiculos, terq; ac quater inferētis admonitus, urbẽ ampliore mœniũ circuitu construxit, Romæ operibus & nomine etiã æmulam futuram, quã cum uarijs signis, ac monumentis undiq; conquisitis ornasset, ante v Iduũ Marij Deiparæ Virgini dicauit. Quin & Valens mathematicæ prædictionis cõsultissimus, annos DC. XCVI potiturã rerum prædixit: quæ tamen adhuc duret, portus duos habet, quos ductis utrinq; catenis & turribus erectis munitissimos reddidit. Illud est, quod Dion grauis in primis autor memorabile prodiderit, septem tures eo artificio fuisse constructas, ut siquis uni inclamasset, lapidemue immisisset, sonitus ex omnibus redderetur æqualis: ita ut ex singulis proprius exaudiretur. Et cum multa ad ornatũ nouæ urbis conquisisset, Cochlidem insuper Porphyretici lapidis ex urbe Roma aduehendã curauit: cui statuã suam, & clauũ unum Christi redemptoris cruciatu insignẽ superimposuit, quæ Alexio Comneno uiuente corruerit: Palladiũ etiã ex Illo cõportatũ. Principes à Constãtino cũ diuersa fortuna, tũ rerũ uario successu multi præsuere: magna tamen eorũ pars ambitiosi, crudeles, auari, & obscurissimi: quodcũq; grauissimũ sit, ab orthodoxa fide aut abhorrētes, aut etiã infesti: donec urbs terramotib; incendijs, seditionibus intestinis obnoxia, quibus alimentũ leuitas genti insita præberet: adde etiã principum instabilitate in nefariæ gentis Turcicæ libidinem deciderit. in qua non sine nostro graui dedecore septuagesimũ propè annũ dominati fuerint Maomethes primus, inde Pazaites eius filius, & qui nunc omnibus formidolosus Syriæ, Aegyptõq; imminet, Selinus. Et quoniã Turcarũ proxime meminimus, qui nam illi fuerint, undẽue terrarum profecti, per quos duces eorũ aucta res sit, breuibus explicandum est mihi. Tum quia res memorabilis admodum sit, tum quod diuersa quædam q̃ nostri hæctenus tradiderũt, & (ni fallor) similia ueri proditurus sim: cum alijs præter eorũ nuda nomina, uix quicq; memoria dignum in multis retulerint.

DE ORIGINE TVRCARVM.

TURCÆ, partim Caspio mari proximi, qui Asiã, Orientemq; uastarunt, Casicq; ueteres incolæ, qua parte ad Arctũ uergit: partim inter Scythicas gentes relati, & Hunnicis sanguinis, q̃ postea Vngari dicti sunt, existimati: quod ex Græcis autoribus, & Latinis aliquot colligas. ueteres sciptores (q̃d sciam) de his nihil, præter Mellam & Pli. ille præter nudũ Turcarũ nomẽ in Scythiæ relatione nihil aliud addidit. Siue igit̃ ueteres illi à Mella relati, siue recens aliquod genus hominũ, eorũ certe qui Caspij maris accolæ fuere, tenuissima memorantur primordia, & ut cæterarũ gentiũ planè obscura. nam septingentesimũ ab hinc annũ natali solo relicto, in Persidẽ atq; Asiã minorẽ primũ impetũ fecere. sed nec unus dux illis, nec certũ imperiũ: uagi dispalaticq; quõue cuiq; fors affuit, latrocinantes

trocinantes magis quàm belligerantes puincias uastarūt. prima stipendia Ba-
 filio Macedone imperante sub Muchumetio Saracenorum principe meruere:
 quorū præcipue opera Babylonios, Indosq; ille uicerit. Sed peperit his uirtus
 inuidiā, prohibitiq; ad sua redire, indignati primo secedunt: inde uno alteroq;
 prælio Tāgrolipicis Mucaletij ducis eorum auspicijs feliciter aduersus Sarace-
 nos gesto, tandem egregie uincunt, Muchumetiūq; pfligatū acie obruncāt:
 ex quo res Turcica ad Tangrolipicem delata. Is alijs Turcis ad se accerfitis Cu-
 cumetiū nepotem aduersus Arabas, cū paratissimis copijs misit. qui prælio ab
 his uictus, cū à patruo per summū contemptū exceptus esset, eius iracundiā ue-
 ritus, ab illo deficit, & Palara Chorasmiorū urbe munitissima sese includit. Tā-
 grolipix interea prælio genti funestissimo in Mediæ finibus cum Romanis
 Alani alteri⁹ nepotis ductu cōfixit. Quo uicto & caeso, indignatus ille Aleimū
 fratrem iterū in Romanos misit: qui egregiā uictoriā capto Liparite Græcorū
 duce, & caesis etiā Iberis Romanorū socijs retulit. sed cū Liparite primū, mox &
 dona à principe missa facile Turca reddidisset, nec præstarent Romani quod
 pmiserāt, ingentibus copijs accinctus Tangrolipix Asiam omnem ad Euxinū
 mare aut uastat, aut subigit, uariatū deinde in gente factionib⁹ exortis ad Gal-
 lorū usq; memorabilē illā expeditionē, qua fracti ab his sæpius, magna etiā im-
 perij parte multati sunt. Donec Othomanus ab hoc Selino, qui rerū nūc poti-
 tur, nonus ueterē gentis gloriā asserere ausus est. Is obscuro loco & parentibus
 agrarijs natus, uirtute ac calliditate singulari, cōflata per seditionē manu, circū-
 ferre Turcica cepit arma, in suæ gentis homies nō minus infestus quàm in no-
 stros. Paulatimq; rerū successu, & imperandi libidine inflāmatu castellū, quod
 Othomanū de suo nomine appellari uoluit, cepit: distabat id à Prusia Trape-
 zuntē uersus itinere dierum sex. agebat autē annus salutis nostræ millesimus
 trecētesimus, præeratq; in Barionæ sede Bonifacius octauus, circa exitū Micha-
 elis Palæologi & Andronici nepotis initia: quo tpe Germanis Albertus impe-
 rabat. Othomanus igit⁹ his auspicijs intra octo & uiginti annos, quibus rerum
 potitus est, incredibile dictū quantū rem suā auxerit, magnam certe Bithyniæ
 partem breui subegit, oppidāq; ad Euxinū posita non pauca cepit, qui moriēs
 Orchani filio regnū per manus tradidit. sub quo dissidio Græcorū Cantacuze-
 no & Palæologis contendentibus, adeo res Othomanica creuit, ut Prusiā Græ-
 cis ademerit: & dū Cātacuzeno magis q̄ Palæologis fauet, primus in Europā
 ab eo accerfitus traiecit. Caramanum etiam, perfidia in illū usus, cuius filiam in
 uxore duxerat, interfecto ei⁹ filio adolefcēte, nō exigua principatus parte exiit.
 Qui post uigesimūsecundū imperij annū Ammuratē filiū hæredē reliquit. Is
 auitā, paternāq; felicitatē æmulatus, in Caramanū auum maternū nō minus
 infestus q̄ pater fuit. mox ab impatore Palæologo sollicitatus in Bulgaros, fra-
 tremq; Peloponnessi principē, qui bellū mouerāt. XII. Turcarū milibus in Eu-
 ropā transportatis, egregie Bulgaros, hostesq; impatoris ultus est. hinc Euro-
 peis opibus illectus, dū ulcisci imperij hostes simulat, usus Genuensiu nauibus,
 Hellespontū ad Abydū superat, Callipolimq; cū alijs oppidis occupat. Is fuit
 dd annus mil.

annus millesimus trecētesimus sexagesimustertius, nec multo post Seruiā, Bulgariāq; ingressus, cū Hadrianopolim prius occupasset, occurrētes sibi cū paratissimis copijs hostes ingenti cæde pfligat. Lazaro Seruiæ principe in acie cæso, sed mox à seruo in domini uindictā Ammurates occiditur, cū annos uiginti tres imperiū tenuisset, Pazaitē & Solimano liberis superstītibus. Pazaites interfecto per insidias fratre, patris mortē ulturus, Marcū Craicuicū Bulgarorū principem prælio superat, & interficit: inde magnā Bulgariæ partē sibi subiecit, nec tanto rerū successu quietus, Bosnam, Croatiam, ulterioresq; Illyrici partes uastat. Constantinopolim annos octo obsidet: faciliq; obsessam iā tunc expugnasset, nisi Vngarorū, Gallorumq; aduentū formidās, quib⁹ ad Nicopolim occurrat, memorabili prælio nostros superasset, caesis, captisq; magna ex parte Gallorum ducibus, in primis Ioanne Burgūdiæ duce, & Sigismūdo Vngariæ tūc rege tumultuaria pugna fuso: qui facile in hostis potestātē uenisset, nisi Venetæ classis occurſu seruatus è fuga esset: cui tum Thomas Mocenicus, qui postea Michaēli Steno successit, præerat. inde ad Constantinopolitanā obsidionē spei plenus regrediēs, cum eā biennio obsessam tenuisset, trepidissimis Tāberlanis Scythæ nūcijs, qui infinita penē multitudīne Turcarū terras inuaserat, excitus, illi ad Stellā montē congregitur, in Galatiæ, Bithyniæq; confinio. Cæsa sunt in ea acie Turcarū ducenta milia. uiuus ipse Pazaites in hostis potestātē uenit, q̄ aureis catenis caueæ uinctus, ad mortem usq; à Tāberlane circūductus est. Incidit hæc clades Turcis in annū millesimū trecentēsimū nonagesimūseptimum salutis nostræ, Bonifacio nono pōtifice Romano. Huic duo fuere liberi mares: Orchanes, quem alij Calepinum, & Maomethes, quē nostri Moysen magno, uti uideo, errore dicūt, Orchane intra biennium per insidias à fratre interfecto Maomethes rem Turcarū solus occupat: qui Turciā auito regno Asiæ recepto per Tāberlanis interitū, Bulgaros & Vlachos prædis & cladibus affixit, Hadrianopolicę recepta, regiā ibi sedē statuit. ipso post annos septem & decem mortuo, Ammurates filius regnū inuit, Ioanne XXIII Barionæ sedē tenente, hic maiorū gloriā non solū æquauit, uerū etiam lōge superauit. Prima illi expeditio in Myſorū principē, qui nūc Serui dicunt, fuit: de quibus Scopiā & Nouemontū post longā obsidionē cepit. Duos Reguli filios captos oculis priuat: postea sororem eorum uxorem sibi adſciit: restitutōq; per has nuptias Nouemonto in Vlachos, Vngaros, & Germanos incursiones graues facit: inde in Epeirū defleſtens Croiā expugnat. Venetorum arma in se sollicitat: Thessalonica his per uim adempta, interim unā ab Vngaris ingenti pugna uictus: inducijsq; ab his decennialibus impetratis, iterū ab iisdem Vngaris præter iurifurandi fidē Eugenij pontificis hortatu bello petitur, quos duplici prælio ducum nostrorū discordia & ambitione uicit: in altero ad Varnam Ladislaus rex Poloniæ, & Iulianus Cardinalis obiit: in altero ad Basila uictus Hunniades, cæsiq; principes Vngari nō pauci præter Gregariū militē, qui ad internitionē occubuit. Nec moratus Pelopōnessum fratrum discordia iniuriæ obnoxiam in ditionē redegit: exinde reputās animo regni molestias, & fortunæ inconstantia animo agitās,
in Asiam

in Asiam abiit solitariã uitã secutus: & Maomethæ filio cura rerũ demandata sub Calibassæ tutela, quã non multo post repetere suasus (ætas enim filij nõ satis idonea rei administrandæ adhuc uidebat) Epeirũ ingenti exercitu repetit (defecerat em̄ ferè uniuersa Scanderbecchio autore) & Croia frustra per aliquot menses oppugnata, mœrore animi obiit, cũ annos quatuor & xxx. regnasset. Longũ esset, si Maomethis eius filij res gestas explicem: quæ quãtã fuerint, nouum Othomanicæ familiæ magni cognomẽtũ ab eo quæsitiũ, & in hæredes iã trãmissum arguat. Is em̄ duo Christianorũ imperia Constantinopolitanum, & Trapezuntium subuertit, regna duodecim nobis ademit, ducetas urbes Christianã pietatẽ secutas cepit: & in his Chalcidẽ insulã armis & Scodram deditione Venetis extorsit, bellum marisimũ per multos annos cũ maioribus nostris gessit. Caphã ponticã urbem expugnauit. Rhodon insulã frustra tentauit. Italia capto Hydrunte arma intulit, & dũ plusq; ciuile bellũ in maiore filium meditatur, cum annũ unũ & xxx. præfuisset, obiit anno salutis nostræ M. CCCC. octuagesimo primo, quinto Noñ. Maij. Quo mortuo res Turcica ciuilibus armis alij quãdiu iactata est. Sed minore fratre uicto & fugato, solus imperium Pazaites obtinuit, qui Vlachiæ castella quãdã cũ expugnasset, inde in Sultanũ Aegyptium copias eduxit, à quo sæpe uicti Turcæ tandẽ pacẽ, fœdusq; iniere. Ceterum cũ ocij appetitior à natura uideret, nec tamẽ per suorũ hominũ ferociam ferari à re bellica posset, paratis terra marisq; ingentib; copijs anno M. CCCC. nonagesimo secũdo, Cerauniorũ montiũ accolis inuadit: tractumq; illũ liberarũ semp ad eã diem gentiũ Turcicæ seruituti subdit: inde septimo post anno terribili classis apparatu Venetis Methonem, Naupactumq; mox inde & Dyrrhachium adimit: Quin & in Foroiulensi agro trepidatũ Turcis fœde terrã eam magno nostrorũ dãno uastatibus. Nec multo post pax secuta Andreæ Gritti patricij clarissimi opa, post quã nõ diu supstes Pazaites fuit regno à Selino filio pulsus, qui rerũ nũc potitur, ex quo annos fermè xxx. imperitasset.

IOANNIS BAPTISTAE

EGNATII VENETI ROMANORVM

PRINCIPVM LIBER TERTIVS.



ENTVM iam est mihi ad tertium, atq; ultimũ instituta cõmentationis librũ, quæ mihi ut laboris & operæ minus, ita certe multo plus uoluptatis allatura sit. Nam & à continuis imperij cladibus tantisper auertitur animus, dum lætiora persequor. & hi mihi principes posthac erunt referendi, quorũ res gestæ & domi, forisq; felicitas in plerisq; tanta est, ut ueterũ Romanorũ gloriã non pauci ex his æquent: certe recentiorũ memoriã, eorũ uidelicet qui supra millesimum annũ à me repetiti sunt, adeo obscurent, ut iniquissime propemodum
 d d 2 faciat, siquis